

X = 4

Papst Innocenz gebietet dem König P(hilipp) von Frankreich, von einem schon begonnenen militärischen Vorgehen gegen England unverzüglich wieder Abstand zu nehmen.

Brux. 19020 fol. 60^v–61^r.

Innocencius et cetera P(hilippo) regi Francorum salutem et a(postolicam) b(enedictionem).

Quanto privilegio dignitatis sacrosancta decoretur ecclesia et quanta ei sit attributa potestas^a, declarat propheta dicens: „Adorabunt eam omnes reges [et omn]es^b gentes servient ei¹.“ De eius etiam^c potestate dictum est: 5
„Porte^d inferi non prevaletur adversus eam².“ (fol. 61^r) Quanto auctorem ecclesiastice libertatis constat terrenis regibus precellere, tanto periculosius est privilegia ab eo collata inpugnare. Ipse enim est, per quem reges regnant³, per quem elementa subsistunt⁴, ipse est, qui excellentiam tuam 10
hostilibus bellis in hac vita fecit victoriarum luce fulgere et exterarum nacionum superbas cervices iugo tue celsitudinis submisit et vivacitate mentis et corporis⁵ te strenuum et incolumem per omnia conservavit.

Attendas igitur, fili karissime, quod, cum tam munificus largitor ad nominis sui gloriam et ad obsequium suum conspicit collata munera re- 15
torqueri, tanto ampliora tribuit, quanto per ea religionis sue dignitatem viderit

a) *Unsichere Lesung.*
vermutlich tironischer Note.

b) *omn- stark verblasst.*
d) *-or- stark verblasst.*

c) *Unsichere Lesung*

1) *Ps. 71, 11 (iuxta LXX):* et adorabunt eum omnes reges omnes gentes servient ei.

2) *Matth. 16, 18f.:* et ego dico tibi quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalent adversum eam et tibi dabo claves regni caelorum et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum in caelis et quodcumque solveris super terram erit solutum in caelis.

3) *Prov. 8, 15:* per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt.

4) *Die genaue Vorlage der gebetsähnlichen Formel ist nicht zu ermitteln, vgl. jedoch 1. Cor. 8, 6:* nobis tamen unus Deus Pater ex quo omnia et nos in illum et unus Dominus Iesus Christus per quem omnia et nos per ipsum. *Vgl. auch das Collectaneum exemplorum et visionum Clarevallense I 25 (CC Cont. Med. 208, S. 208, 1907ff):* Per ipsum et cum ipso et in ipso. „Per ipsum“ scilicet per quem cuncta subsistunt elementa et sine quo nichil factum est.

5) *C. 23 q. 4 c. 48 (ed. FRIEDBERG, Sp. 925):* Sicut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis ecclesiae eius omni vivacitate mentis et corporis obviare [...].